

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Der Landes-Fürst in Rostock, Aus Macht- und
Gnaden-Briefen der Drey- und Vierzehenden
Jahrhunderten, Gegen die unnatürliche Verläugnung des
dasigen erbunterthänigen Stadt-Raths behauptet**

Ditmar, Gottfried Rudolf von

Wien, 1762

VD18 90521897

Num. 4.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10611

& alij quam plures clerici & laici qui gestis his personaliter adstiterunt. Datum per manus magistri Conradi VIII Kalend. aprilis anno dominice Incarnationis MCCLII. Indictione X. Epacta VII. concurrente primo.

Nunt. 4.

Borvini Domini de Rostock & filiorum ejus Jo-hannis & Woldemari Privilegium der Stadt Rostock ertheilet,
dass nur ein Rath und Gericht daselbst seyn solle. d. d. quarto decimo Ka-lend: Julij (ist der 18te Junij) anno 1262.

Borwinus Dominus de Rozstock, Johannes & Waldemarus filii ejusdem, omnibus presens scriptum visuris in perpetuum notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos de consilio fratris nostri Nicolai Domini de Werle & Hinrici iunioris domini de mekelenborgh & aliorum vasallorum nostrorum, qui tunc aderant consilio & voluntate domini Johannis magnopolensis postmodum accedente ob dilectionem & fidelitatem dilectorum burgensum nostrorum de Rozstock statuimus & dedimus ut unum consilium & rotius civitatis & judicium, quod prius erat in duo diuisum, & ut petitiones nostras nobis singulis annis persoluant, videlicet ducentas & quinquaginta marcarum denariorum eiusdem ciuitatis monere, ut autem hec ordinatio nostra stabilis & immutabilis permaneat, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri appensione & propinquorum nostrorum perdilectorum & testium inscriptione duximus roborandam. Testes sunt venerabilis princeps & dominus noster Rodolfus Zwerinensis episcopus. Prepositus Amilius Magister hinricus capellanus noster, dominus Godefridus capellanus, domini Nicolai clerici, milites vero, Dominus Gottanus. Dominus Johannes de cropylyn, Dominus Hinricus Dudingh, Dominus thimmo de domeckow. Dominus Johannes de Brune. Dominus Johannes de Zwerce, Dominus Johannes de Oldenborch, & Dominus Weluingthus frater suus. Dominus Retis, Dominus Sulestero, Dominus Elerus de Lewetzow, Dominus henricus de Kaland, Dominus Zegere, Dominus Johannes de Swetia. Dominus Ernestus de pentz. Dominus Emeko de cetyn & alii quam plures. Datum Rozstock anno gracie millelimo ducentesimo sexagesimo se-cundo, quarto decimo Kalend. Julij.

Nunt. 5.

Borvini Herrn zu Rostock Privilegium der Stadt Rostock ertheilet, wegen der freyen Mühlen-Führ, Schenkung eines Morastes, wie auch wegen der Gerichtbarkeit in dem Hafen und Grenzen der Stadt d. d. Quarto Idus Octobris (ist der 12te Octobr.) anno 1264.

Borwinus Dei gratia Dominus de Rostoc. Vniuersis Christi fidelibus presentem Paginam inspecturis salutem in nomine Jesu Christi. Ne gestarum rerum memoria cum processu temporis euanelscat & pereat. Discretorum Virorum providencia solet eam per litteras eternare. Cum igitur dilectos Burgenses Ciuitatis nostre Rostoc afflictos incendio grauiter videmus damna sua quod patientius tollerarent ipsos quibusdam donis gratuitis re-spicere volebamus. Innotescat igitur tam presentibus, quam futuris, qui nos de bona volun-tate, & comuni consensu molendiniorum nostrorum infra ciuitatem nostram Rostoc, & in aggere ibidem habitantium vecturam per omnia molendina sua liberam dictis Burgenibus nostris perpetuis temporibus indulgemus, nec non & eosdem molendinarios ut commodius & securius una cum eis habitent eorum ciuitati subjacere permittimus atque iuri. Ceterum in palude quicquid ad nos pertinere videtur iacente inter aridam & fluvium ex una parte & inter

